UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Primam Secundæ, & Secundam Secundæ Summæ Theologiæ

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

4 vtrum irascibilis, & concupiscibilis possit esse subiectum virtutis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-72759

Visual Library

ex ſua ratione non inclinat uoluntatem, aut aliquam potentiam ut ſubſtat uoluntati ad uſum Grammaticæ: quia nec reſpicit uoluntatem aut potentias ſic: moralis autem uirtus ex propria ratione inclinat uoluntatem ad rectum ſui uſum, quamuis uoluntas non ſequatur quandoque huiuſmodi inclinationes habituū: & tunc peccat, & uirtus moralis culpatur, quia ab opere proprio, ſcilicet perfectione debita actui utendi deficit. minus enim perfecte habetur uirtus a qua ſubducitur actus, qui debet illi ſubmitti. Et ex hoc patet, ꝙ oportet non limitare quando utitur, aut uult, aut non, ſemper &c. Ars.n. nunquam, moralis uirtus ſemper ex ſe per modum inclinantis dat rectum uſū ſui, quia quádoq; in idé redit applicare habitum actui, & actum ſupponere habitui: & ſimiliter non uti habitu, aut ſubducere actum ab habitu, non refert utrum ad habitum uel actum uti referas &c. Ad primam obiectioné in oppoſitum contra hoc, quòd intelligitur de uti illo habitu, dicitur quod licet uerum ſit, quòd operatio, quàm perficit aliqua uirtus moralis, puta concupiſcentia, differat ſpecies ab uti: concupiſcere tamen libere exercitum ut ſic, coincidit cum uti, immò eſt ipſum uti in executiua potentia. unde magna æquiuocatio ē, aut figura dictionis, cōparare cōcupiſcentiā in actu, ad concupiſcentiā in potētia: & cōparare concupiſcentiam libere exercitā ut ſic, ad concupiſcentiam ut eſt in facultate concupiſcibilis. Argumentum.n. primo modo procedit, & author loquit̄ ſcđo modo. unde uerbum authoris nihil obſtat propoſito: quia uocat operationem in actu, non ipſam abſolute, ſed ipſam ut in actu, ideſt, ſecundum id, unde habet quòd ſit in actu, ideſt, ſecundum uſum, ex hoc enim habet quod ſit in actu. & propterea, quia ſcilicet ex uſu eſt operatio in actu, comparat ſecūdum perfectionem habitus potentiæ, ſicut actum potentiæ: & uere ſic eſt. Habitus enim dans ſolam facultatem bene operandi, dat bonitatem operationis in potentia: habitus autem dans etiam rectum uſum eius, dat bonitatem operationis in actu: quia uſus conſtituit operationem in actum, quia eſt applicatio potentiæ ad ipſam. Ad ſecundum dicitur dupliciter. Primò, quòd uirtutes in iraſcibili & concupiſcibili, ſcilicet temperantia & fortitudo, rectificant uti, quia ſtabiliunt fines prudentiæ regulatiuæ ipſius uti ex illis finibus ut principiis: & ſic extendunt ſe ad uoluntatem mediate. Secundò, quòd huiuſmodi uirtutes rectificant uti, pro quā to eget rectificatione, non eget autem rectificatione uti his uirtutibus, ut eſt in uoluntate, ſed ut eſt in ipſis potentiis inferioribus: & ideo rectificant concupiſcibilem, ut ſubſunt uſui uoluntatis. Ipſa autem uoluntas non eget rectificatiuo ad hoc, quia ex ſe determinata eſt ad rectitudinem omnis ſui actus circa bonū

A fortitudinis & temperantię, ut inferius dicetur. Ad tertium autem iam dictum eſt, quòd dat per modum inclinantis, quòd ſemper recte utatur. & non cum hac uel illa limitatione, quod nō facit ars, cum hoc tamen ſtat, ut dictum eſt, quòd non utatur illo, quòd agat contra, & præter illum agat &c.

3.& 4.10.
2.3.4.6.& 10.5.
ar.1.

quòd eſt ſciens uel artifex, ſed dicitur bonus ſolum ſecundū q̄d, puta, bonus Grāmaticus, aut bonus faber. & propter hoc plerunque ſcientia & ars contra uirtutē diuiditur: quandoque autem uirtutes dicuntur, ut patet in 6. Ethicor. ⁎ Subiectum igitur habitus, qui ſecundum quid dicitur uirtus, poteſt eſſe intellectus non ſolum practicus, ſed etiam intellectus ſpeculatiuus abſque omni ordine ad uoluntatem. ſic enim Philoſophus in 6. Ethicor. ⁎ ſcientiam, ſapientiam, & intellectum, & etiam artem ponit eſſe intellectuales uirtutes. Subiectum uerò habitus, qui ſimpliciter dicitur uirtus, non poteſt eſſe niſi uoluntas, uel aliqua potentia, ſecundum quod eſt mota a uoluntate. cuius ratio eſt: quia uoluntas mouet omnes alias potentias, quæ aliqualiter sūt rationales ad ſuos actus, ut ſupra habitum eſt. ⁎ & ideo quòd homo actu bene agat, contingit ex hoc, quòd homo habet bonam uoluntatem: unde uirtus, quę bene facit agere in actu, non ſolum in facultate, oportet quòd uel ſit in ipſa uoluntate, uel in aliqua potentia, ſecundum quod eſt a uoluntate mota. Contingit autem intellectum a uolūtate moueri, ſicut & alias potentias: conſiderat enim aliquis aliquid actu, eo ꝙ uult: & ideo intellectus ſecundum quod habet ordinem ad uoluntatem, poteſt eſſe ſubiectum uirtutis ſimpliciter dictæ. & hoc mō intellectus ſpeculatiuus uel rō, eſt ſubiectum fidei. mouetur.n. intellectus ad aſſentiēdum his quæ ſunt fidei ex imperio uoluntatis. Nullus.n. credit niſi uolens. Intellectus uerò practicus eſt ſubiectum prudentiæ; cū enim prudentia ſit recta ratio agibilium, requiritur ad prudentiam ꝙ homo ſe bene habeat ad principia huius rōnis agendorum, quæ ſunt fines, ad quos bene ſe habet homo per rectitudinem uoluntatis, ſicut ad principia ſpeculabiliū per naturale lumen intellectus a-

B gentis. Et ideo ſicut ſubiectū ſcīæ, quæ eſt rō recta ſpeculabilium, eſt intellectus ſpeculatiuus in ordine ad intellectū agētē: ita ſubiectum prudentiæ eſt intellectus practicꝰ in ordine ad uoluntatem rectam.

Ad primum ergo dicendum, ꝙ uerbum Aug. intelligendū eſt de uirtute ſimpliciter dicta, nō ꝙ oīs talis uirtꝰ ſit ſimpliciter amor, ſed quia dependet aliqualiter ab amore, inquantum depēdet a uoluntate, cuius prima affectio eſt amor, ut ſupra dictum eſt. ⁎

C Ad secundum Dicendum, ꝙ bonum uniuſcuiuſq. eſt finis eius: & ideo cū uerū ſit finis intellectꝰ, cognoſcere uerū eſt bonus actus intellectus. vñ habitus perficiēs intellectum ad uerum cognoſcendum, uel in ſpeculatiuis, uel in practicis, dicitur uirtus.

Ad tertium Dicendū, quòd ratio illa procedit de uirtute ſimpliciter dicta.

¶ In eodem articulo aduerte ſubiectū fidei & prudentiæ, ut in locis propriis fundamenta hic habeas, ubi tractabitur quicquid hinc difficultatis occurrerit. Et ſi uis uidere quomodo intellectus in ordine ad uoluntatem ſit talium habituum ſubiectum, conſpice naturam actuū propter quos ponuntur. Quia enim credere, eſt actus intellectus non abſolute, ſed a uoluntate moti, quia nullus credit niſi uolens, conſequens eſt, ut habitus fidei inclinans intellectum ad credendum, perfectio ſit eius, ut a uoluntate mobilis. Et ſimiliter, quia præcipere actus eſt intellectꝰ a uoluntate moti, ut ſuperius in quæſtione de imperio patet, oportet ut prudentia, cuius pręcipuus & proprius actus eſt recte præcipere in agibilibus, ſit perfectio intellectus non abſolute, ſed ut a uoluntate moti. & hæc bene nota. q.25.ar.2.

Articvlvs IIII.

D *Vtrum iraſcibilis & concupiſcibilis ſint ſubiectum uirtutis.*

AD quartum ſic proceditr̄. Videtur, quòd iraſcibilis & concupiſcibilis non poſſint eſſe ſubiectum uirtutis. Huiuſmodi enim uires ſunt communes nobis & brutis: ſed nunc loquimur de uirtute ſecundum quod eſt ꝓpria homini. Sic enim dicitur uir

¶ Super quęſt. quinquageſimaſexta articulum quartum.

IN articulo 4. eiuſdem 56. q. dubium occurrit ex Scoto in 3. ſent. di. 33. negante in concupiſcibili, & iraſcibili, quę in potentiæ partis ſenſitiuæ, uirtutes: & uolés quod licet poſſit concedi, quòd in iſtis potentiis ſit aliquis habitus inclinans ad delectabiliter obſequē-

Inf. ar. 5. ad 1. & 2. di. 14. q. 2. ar. 1. ad 2. & ueri. c. q. art. 4. per to. & ar. 10 ad 5.

dum rectæ rationi, non tamen habitus ille eſt proprie uirtus, quia non eſt habitus electiuus, nec inclinans ad rectas

E electiones.

¶ Ad euidentiam huius, mirum primò uidetur de hoc homine, cùm fortitudinem & temperantiam uirtutes enumeratas in ſecundo Ethicorum poſuerit aperte Ariſtot. in parte irrationali. quare non reſpondit Ariſtoteli. & ſimiliter cum fundamentum ſuum fuerit argumentum a S. Thoma hic quarto loco factum, & ſolutum, quare non confutauit reſponſionem. Dicito ergo cum Ariſtotele, & authore, quòd appetitus ſenſitiuus diſtinctus per iraſcibilem & concupiſcibilem, eſt ſubiectum uirtutis moralis propriæ, temperantiæ ſcilicet & fortitudinis, non inquantum communis eſt nobis & brutis, ſed ut obedibilis rationi, & quod ſibi conuenit diffinitio uirtutis poſita in ſecundo Ethicorum ſcilicet, quod eſt habitus electiuus, dupliciter. Primò, quia eſt principium electionis participatæ in ipſa potentia inferiore: inclinat enim tēperantia concupiſcibilem ad electam abſtinentiam, ita quod non inclinat ſolum ad abſtinentiam, ſed ad abſtinentiam electam ut ſic. & ratio eſt in promptu, quia perficit eam ut ſubſtat electioni ſicut ante dictum eſt de uſu. Electio enim licet ſit partis ſuperio-

ris ut pricipaliter eligentis, eſt tamen partium obſequentiũ ut exequẽtiũ, & ad hoc egent uirtute ut ad participabilem in eis electionem proprii actus determinatæ ſint, & hoc eſt idem ei quod conſueuit dici de actib. iſtis ut imperatis. Secũdo, quia eſt principium electionis in uoluntate mediate, mediante. ſ. intentione, ut in litera dicitur. Cũ enim qualis unuſquiſque eſt, talis finis ei uideatur, ut dr̃ 3. Ethico. ex hoc; ꝙ aliquis eſt talis ex bona diſpoſitione temperantiæ, uidebitur ei medium in hmõi paſſionibus finis bonus, & ſic in illo formatur intentio talis boni. ex intẽſione aũt finis ſubſequitur medio diſcurſu prudentiæ ex ſtabilito fine diſcurrentis concluſio electionis. & hæc eſt ſolutio literę: Vnde & habitus eſt electiuus in proprio ſubiecto electionis participatę: & eſt inclinãs ad bonas electiones, dando eorum principiũ, quod eſt intentio, finis, quę in electione claudit, ut principium in cõcluſione.

p. p. q. 81. ar. 2.

li. 1. c. 5. to. 1.

q. 55. ar. 4.

c. 13. in fi.

q. 13. ar. 1.

tus humana. non igitur humanę uirtutis poteſt eſſe ſubiectum iraſcibilis & concupiſcibilis quæ sũt partes appetitus ſenſitiui; ut in primo dictum eſt. * F

¶ 2 Præt. Appetitus ſenſitiuus eſt uis utẽs organo corporali: ſed bonum uirtutis nõ poteſt eſſe in corpore hominis. Dicit enim Apoſtolus Ro. 7. Scio ꝙ non habitat in carne mea bonum. ergo appetitus ſenſitiuus non poteſt eſſe ſubiectum uirtutis.

¶ 3 Præt. Aug. probat in li. de moribus Eccleſiæ, * quod uirtus nõ G eſt in corpore, ſed in anima, eo ꝙ per animam corpus regitur: unde quòd aliquis corpore bene utatur, totum refertur ad animam. ſicut ſi mihi auriga obtemperãs, equos quibus præeſt, recte regit, hoc totum mihi debetur: ſed ſicut aĩa regit corpus, ita ẽt rõ regit appetitum sẽſitiuum. ergo totum rõnali parti debetur, quod iraſcibilis & concupiſcibilis recte regantur; ſed uirtus eſt qua recte uiuitur, ut ſupra dictum eſt. * uirtus igitur H non eſt in iraſcibili, & concupiſcibili, ſed ſolum in parte rationali.

¶ 4 Præt. Principalis actus uirtutis moralis eſt electio, ut dr̃ in 8. Ethicorum: * ſed electio non eſt actus iraſcibilis, ſed rõnis, ut ſupra dictum eſt: † ergò uirtus moralis non eſt in iraſcibili, & concupiſcibili, ſed in ratione.

SED CONTRA eſt, quod fortitudo ponitur eſſe in iraſcibili, temperantia autem in concupiſcibili, unde
c. 10. in prin. to. 5. Phil. dicit in 3. Ethic. * quòd hæ uirtutes ſunt irrationabilium partium. I

RESPON. Dicẽdum, quod iraſcibilis & concupiſcibilis dupliciter conſiderari poſſunt. Vno modo ſecundum ſe, inquantum ſunt partes appetitus ſenſitiui, & hoc modo non competit eis, quòd ſint ſubiectum uirtutis. Alio modo poſſunt conſiderari inquantum participant rõnem per hoc, quod natæ ſunt rationi obedire; & ſic iraſcibilis uel concupiſcibilis poteſt eſſe ſubiectum uirtutis humanę. Sic enĩ eſt principium humani actus, inquantum participat rationẽ, & in his potentijs neceſſe eſt ponere [d] uirtu-
D. 206. tes. Quod enim in iraſcibili & concupiſcibili ſint aliquæ uirtutes, patet. Actus enim qui progreditur ab una potentia ſecundum quod eſt ab alia mota, non poteſt eſſe perfectus, niſi utraque potentia ſit bene K diſpoſita ad actum, ſicut actus artificis non poteſt eſſe congruus, niſi ẽt artifex ſit bene diſpoſitus ad agẽdum, & ẽt ipſum inſtrumẽtũ. In his igitur, circa quę operatur iraſcibilis & concupiſcibilis, ſecũdũ quod ſunt a ratione motæ, neceſſe eſt ut aliquis habitus perficiens ad bene agendum ſit non ſolum in rõne, ſed etiam in iraſcibili & concupiſcibili. Et quia bona diſpoſitio potentiæ mouentis motę attenditur ſecundum conformitatem ad potentiam mouentem: ideo uirtus, quæ eſt in iraſcibili, & concupiſcibili, nihil aliud eſt quàm quædam habitualis conformitas iſtarum potentiarum ad rationem.

F AD PRIMVM ergo dicendum, quòd iraſcibilis & concupiſcibilis ſ̃m ſe conſideratæ, prout ſunt partes appetitus ſenſitiui, communes ſunt nobis & brutis: ſed ſ̃m quod ſunt rationales per participationem, ut obedientes rõni, ſic ſunt propriæ hominis: & hoc modo poſſunt eſſe ſubiectum uirtutis humanæ.

AD SECVNDVM dicendum, quòd ſicut caro hominis ex ſe quidem non habet bonum uirtutis, fit tamen inſtrumentum uirtuoſi actus, inquantũ mouente rõne mẽbra noſtra exhibemus ad ſeruiendũ iuſtitiæ; ita ẽt iraſcibilis & concupiſcibilis ex ſe quidem nõ habent bonum uirtutis, ſed magis infectionem fomitis: inquantum uerò conformantur rõni, ſic in eis aggeneratur bonum uirtutis moralis.

G AD TERTIVM dicendum, ꝙ alia ratione regitur corpus ab anima, & iraſcibilis & concupiſcibilis a ratione. Corpus enim ad nutum obedit animæ abſque contradictione in his, in quibus natum eſt ab anima moueri. Vnde Philoſ. dicit in 1. Polit. * quòd anima regit corpus deſpotico principatu, ideſt, ſicut dominus ſeruum. & ideo totus motus corporis refertur ad animam, & propter hoc in corpore non eſt * uirtus, ſed ſolum in anima. Sed iraſcibilis & concupiſcibilis non obediunt ad nutum rationi, ſed habent proprios motus ſuos, quibus interdum rõni repugnant. unde in eodem li. Philoſoph. dicit, * ꝙ rõ H regit iraſcibilem & concupiſcibilem principatu politico, quo. ſ. reguntur liberi, qui habent in aliquibus propriam uoluntatem: & propter hoc etiam oportet in iraſcibili & concupiſcibili eſſe aliquas uirtutes, quibus bene diſponantur ad actum.

AD QVARTVM dicendum, quòd in electione duo ſunt, ſ. intentio finis, quę pertinet ad uirtutem moralem; & acceptio eius quod eſt ad finem, quod pertinet ad prudentiam, ut dicitur in 6. Ethico. * Quòd autem habeat rectam intentionem finis circa paſſiones animæ, hoc contingit ex bona diſpoſitione iraſcibilis & concupiſcibilis; & ideo uirtutes morales circa paſſiones, ſunt in iraſcibili, ſed prudentia eſt in ratione.

I

ARTICVLVS V.

Vtrum uires apprehenſiuæ ſenſitiuæ, ſint ſubiectum uirtutis.

AD QVINTVM ſic proceditur. Videtur, ꝙ in uiribus ſenſitiuis apprehenſiuis interius poſſit eſſe aliqua uirtus. Appetitus enim ſenſitiuus põt eſſe ſubiectum uirtutis, inquantum obedit rationi: ſed uires ſenſitiuæ apprehẽſiuę interius rationi obediunt. ad imperium. n. rõnis operatur & imaginatiua, & cogitatiua, & memoratiua. ergo in his uirib⁹ põt eẽ uirt⁹. K

¶ 2 Præt. Sicut appetitus rationalis, qui eſt uoluntas, in ſuo actu poteſt impediri, uel ẽt adiuuari p appetitum ſenſitiuum, ita ẽt intellectus uel rõ poteſt impediri, uel etiam iuuari per uires prædictas. ſicut ergo in uiribus ſenſitiuis appetitiuis poteſt eſſe uirtus, ita ẽt in apprehenſiuis.

¶ 3 Præt. Prudẽtia eſt quædam uirtus, cuius panẽ ponit Tullius memoriam in ſua Rhetorica. * ergo

¶ *Super quaſt. quinquageſimęſexta articulum quintum.*

IN ar. 5. eiuſdem ſ6. q. aduerte Nouit propter rationé, quæ fit in corpore articuli, duo. Primum, ꝙ hæc duo repugnant, quòd aliquis habitus ſit uirtus, & ꝙ ſubiectum eius ſit altera potentia ab illa, quæ eſt conſummatiua operis illius, ad quod perficiẽdum ponitur illa uirtus. Et repugnantia fundatur ſuper hoc, quòd uirtus ſic reddit opus ſuum bonum, ꝙ non cõti git opus illud uirtute habente ſuum perficere, malum eé, ut in litera breuiter dicit. ex hoc enim ſtatim patet, quòd ſi opus aliquod, ad quod ponitur uirtus, ſit conſummandum a potentia B, & uirtus illa ponatur in potentia A, ꝙ quantumcunque uirtus illa habeat